

rare¹¹⁶. Quod dum fieret, tandem ad lapidem, quo sanctum contegebatur corpus, attingitur eoque caute ac diligenter sublato thesaurus omni pretio pretiosior invenitur, integrum¹¹⁷ scilicet et illibatum in ossibus Mennatis beatissimi corpus. Iam vero quis enarrare pergat laudes et gratiarum actiones in deum, gaudia et gratulationes in homines^ε,

ε) *folgt gestrichen*: Sed quoniam sepulcri ipsius medietas ita sub altare sita erat, ut sine illius violatione moveri vel levare nullomodo posset, consuluit abbas, ut archiepiscopo Beneventano¹¹⁸ id significaretur, quatinus eius permissione liceret eis et altare confringere et sepulcrum cum corpore simul, ut erat, levare. Verum comes prudentiori¹¹⁹ consilio usus „Nequaquam“ ait „ne forte archiepiscopus non solum altare non violari, sed nec etiam corpus nobis auferre permittat, immo fortasse prohibeat. Nosque postmodum, si fecerimus, incurramus¹²⁰ non leve peccatum; si non fecerimus, incurramus nichilominus voti simul fatigiique dispendium. Et si¹²¹ non possumus“ inquit „quod^f volumus, velimus id tandem quod possumus“.

cum^g et abbates quoque praedicti et plurimi ceterorum praeter nimia letitiae magnitudine huberes¹²² inibi lacrimarum fontes effunderent^h?

f) über der Z. eingefügt. g) cum – effunderent (siehe unten Var. h) hinzugefügt.
h) siehe oben Var. g; folgt das Anschlußwort Cum.

116) Ambrosius, *Epistolae* X 77 (22) c. 2, hg. von Michaela ZELZER (CSEL 82,3, 1982) S. 127: iussi eruderari terram.

117) Augustin, *De sermone domini in monte I* 10,27, hg. von Almut MUTZENBERGER (CC 35, 1967) S. 28: ut possit integrum atque inlibatum esse (= Hrabanus Maurus, *In Matthaeum* c. 5,4, MIGNE PL 107, Sp. 808AB).

118) Erzbischof Roffrid: siehe unten Anm. 135.

119) *Vita Eligii II* 37, hg. von Bruno KRUSCH, MGH SS rer. Merov. 4 (1902) S. 721: prudentiori consilio utens.

120) Caesarius von Arles, *Sermo* 229 c. 6, hg. von Germanus MORIN (CC 104, 1953) S. 910: Sciat se non leve peccatum incurrere.

121) Papst Nicolaus I. (JE 2885), hg. von Ernestus PERELS, MGH Epp. 6 (1925) S. 339 Nr. 58: Dum enim non possumus adipisci, quod volumus, necesse est, ut hoc velimus consequi omnino, quod possumus et debemus. Zur italienischen Überlieferung dieses Briefs vgl. Ernst PERELS, *Zur Wiederauffindung verschollener Handschriften der Biblioteca Vallicelliana*, NA 43 (1922) S. 605-609, bes. 605 (Cod. D 38).